

dit; Nam si Epirotæ nostrum utrumque perhorrent, mihi regi quàm tibi parere mallent? Quum Scipio rogasset Hannibalem: Quemnam primum esse censeret ducum bellicorum: respondit: Alexandrum Magnum. Quem secundum? Pyrrhum Epirotarum Regem. Quem tertium? se ipsum nominavit. At quid inquit Scipio, si me vicisses? Tum inquit, me neque secundum, neque tertium, sed omnium primum censuissem. Syllâ ad sociale bellum misso, circa Limeriam è vasto terre hiatus magnus ignis emisit, cuius flamma ad cælum perveniens constitit. Id vates interpretati sunt, quòd vir bonus, aspectu eximius & admirandum, principatum adeptus, à presenti tumultu civitatem esset liberaturus. Quo auditò, respondit: Is ego sum: (habebat enim comam auream & igniconcolorem) nec mea virtutis pudet, qui res tam multas tamque præclaras gesserim. Mortuò Rupertò Palatinò Imperatore Sigismundus Austriacus se ipsum Cæsarem, & alius quidam se Magistrum ordinis Teutonici pronuntiavit. Ille Romanorum sapientissimus Cato, De suis virtutibus contra Thermanum orationem habuit: citante Laurenbergio in Antiquar. verbo Reparitari. Quæ & sexcenta alia nos ed deducunt, ut admittere cogamur laudem alicujus propriam, si ea quidem ante omnia sit Vera: ne contingat id, quod Germanis jamdiu suboluit: Eigen Lob stinckt gern. Idq; exemplo Apostoli: Εάν θελήσω, dicentis, καυχῆσααθ, ἐκ ἔσομαι ἄφρων ἀλήθειαν γδ ἐρω. 2. Cor. 12, 6. Aristidis: in oratione περὶ τῆς φθέρμαλος, ubi tale quid licere probat exemplis ipsius Jovis, quem Homerus (qui tamen Horatio nil ineptè moliri creditus est, & Theoni Sophiste Proæm. Pro- gymnasim. οἰκείας λόγους περὶ τέθεικεν ἐκάστω τῶν εἰσαγομένων προσώπων) talem nobis sistat; Socratis, Iphicratis, Demosthenis, & quorum non? ac tandem ita concludit: ἴνι γδ καὶ μᾶλλον προσῆκε τ' ἀληθῆς εἰπεῖν ἢ πᾶσι τ' ἀληθῆ περὶ πάντων εἰπόντι καὶ λέγοντι (intelligit autem Apollinem) ἔτε τοίνυν καὶ τῶν ἀνθρώπων, ὅσοι θεοφιλεῖς καὶ τῶν ὁμοφύλων προσέχουσιν (reliquis sua tribus præstant) ἔχαιχύνονται (contra Aristid. supr.) τ' ἀληθῆ λέγοντες ὥσπερ τοίνυν ἐν τοῖς εἰς ἕτερον λόγοις ἔτὸ κακῶς εἰπεῖν, ἀλλὰ τὰ ψευδῆ. δεινὸν ἔτως ἔτ' ἂν περὶ ἑαυτῶν εὐφημεῖ, δικαίως ἂν ἔχοι μέμψιν, ἕως ἄπεσι τὸ τὰ ψευδῆ λέγειν. Et hunc sen-

gum aliorumque summo- rum Viro- rum. Conf. Lucian. Dial. Alex. et Anab. etc. in fin. Liv. lib. 45. Vid. generis quoque, Porri responsu. ad Alexandrum, ap. Curt. lib. 8. c. 14. fin. et in eum not. Lorenz.

Dubium. s. 23. Hist. Bohem. de il. D. Carpz. in Discursu de modo veniendi ad Imp. Rom. cap. 7. th. 14.

1. Vera. Vid. Plin. lib. 9. epist. 23.

in art. vers.

140.

p. 31.